



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 9011888X**

§. 50. Tumultus inter Trevireensem Clerum & populum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](#)

fama  
ngens  
cinc  
ue vi  
itum,  
etiam  
fu  
per-  
ditur:  
is vi  
mum  
ibun  
uirit,  
rem,  
ecato  
fave  
ratus  
a ex  
um e  
l su  
gref  
eme  
iver  
cum,  
rent,  
n ac  
aditu  
rmor  
pol.  
suæ  
ban  
asur  
pata

pata libertas, in servitutem dege- Sæc. XVII.  
nerat. A. C. 1637.

§. L.

*Tumultus inter Trevirenses Clerum  
& populum.*

Postquam Galli ex Hermansteiniana *Annal.Trev.*  
arce a Cæsareis fuerant expulsi, l. 25. n. 22.

Christophorus Trevirensis Elector a  
Gallico jugo nonnihil liberatus, suæ  
etiam libertatis recuperandæ spem con-  
ceperat: Eapropter Lintzio quemdam  
ex Patribus Capuccinis ad Ferdinandum  
III. Cæsarem in vicina quadam  
arce degentem ablegabat, qui exposita  
Archiepiscopi indigentia pecuniarum  
subsidia a Ferdinando peteret: cum  
autem Imperator probe cognitum ha-  
beret, quod hicidem Elector ingentem  
auri vim Metis Luxenburgum transtu-  
lliset, hinc Capuccino hæc respondit,  
refer Electori tuo, ut ex suo thesauro tam  
sibi quam mihi subsidium præflet; utrius-  
que enim necessitati sublevandæ sufficiet.  
Relato hoc Cæsaris responso Elector,  
hunc thesaurum præter se nemini co-  
gnitum antea arbitratus, nunc de Im-  
peratoris auxilio desperare cæperat:  
hinc per suos ad summi Pontificis opem  
recurrere studuit, nec irrito successu;  
cum enim Urbanus Papa juri suo in  
Eccl-

Sæc. XVII. Ecclesiastici Principis captivitate dero-  
A. C. 1637. gatum, vehementer apud Cæfarem  
quereretur, Ferdinandus, ut Pontifi-  
cis voto satisfaceret, Archiepiscopum  
Viennam transtulit, simulque eum sub  
custodia Legati Apostolici esse iussit.  
Eo autem absente, cum Clerus popu-  
lusque Principe ac Rectore suo desti-  
tutus esset, interciso ordinis compositi  
nexu non rara inter utrumque dissidia  
Treviris oriebantur, & quidem hoc  
anno gravis admodum contentio inter  
Clerum & Magistratum exarserat: Hic  
enim militiæ Præfectis indulserat, ut  
in Monasteriorum, Canonicorumque  
ædes milites suos distribuerent, ne e-  
gentiores cives alendi militis onere diu-  
tius gravarentur. Obstiterant Clerici  
ac Religiosi, Ecclesiasticæ immunitatis  
privilegio suffulti: militibus tamen has  
ædes vi occupantibus, Clerici ad Tri-  
bunalis Ecclesiastici Judicem, sacræ-  
que libertatis vindicem provocarunt,  
efflagitantes, ut hujus violentiæ Au-  
thores in jus vocarentur, & ni pareant,  
diris devoverentur: cum vero Magi-  
stratus juxta ac militiæ Præfecti hoc  
forum declinarent, iterato moniti tan-  
dem a Clero unaomnes affixo ad Tem-  
plorum valvas anathemate nominatum  
Sacrorum ufu prohibiti sunt. Inde  
exacerbati Urbis Proceres, vices re-  
pensuri,

dero-  
 farem  
 ontifi-  
 copum  
 m sub  
 iustit  
 popu-  
 desisti-  
 apoliti  
 n hoc  
 intef  
 Hic  
 ut  
 inque  
 ne e  
 diu-  
 clerici  
 itatis  
 n has  
 Tri  
 ricar-  
 runt,  
 Au  
 eant,  
 magi-  
 hoc  
 tan-  
 Tem-  
 atim  
 Inde  
 s re  
 furi,  
 pensuri, publico edicto civibus injun- Sæc. XVII.  
 xerunt, ut Clericis nihil omnino victua- A.C. 1637.  
 dum aut commerciorum indulgerent.  
 Ergo excubiae ante urbis portas, ta-  
 bernas, & officinas collocantur, ne  
 quid vini, frumenti, aliarumque vesca-  
 rum rerum nec prece nec pretio in Cle-  
 ricorum ædes deportarentur: Tenuit  
 infesta hæc talio per plures dies, non  
 sine magna piorum offensione: tandem  
 vero Metropolitanæ Ecclesiæ Proceres,  
 penes quos tum summa rerum erat,  
 tantum prævaluere, ut pactis utrinque  
 legibus cives Ecclesiæ reconciliati, &  
 Clerici libero rerum ad victum necel-  
 fariarum usui restituti essent.

### §. Ll.

#### *Franciscus Cupifus ob apostasiam e Sorbona ejecitus.*

Postquam Sacræ Facultati Theologi- Argentré  
 cæ Parisiis innotuit, quod Fran- Collect. Ju-  
 cicus Cupif patria Andegavensis, Theo- dic. S. Fa-  
 logiae Doctor ab Ecclesiæ gremio ad cult. tom. 3.  
 Calvini castra transfugerit, tantam im- p. 10.  
 Bibl. Sor-  
 pietatem detestata, habitis Sorbonæ bon. pag. 6.  
 comitiis, die prima Julii præfatum & 74.  
 Franciscum tanquam hæreticum e Do-  
 torum Albo expunxit, ejusque nomen  
 infamiae stigmate notavit, promulgato  
 hanc in rem sequenti decreto: „Jure  
 „ac